Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Sequuntur obmissa ex lectionario quem scripsit ve-
(obiit in die fabiani et sebastiani)
nerabilis pater anthonius de Kathalonia vnus de p-
rimis nostris reformatoribus dilectissimorum patrum sa-
cri specus sanctissimi Benedicti abbatis. que reforma-
tio facta est hic in Mellico anno domini 1418. dispo-
nente et auxiliante serenissimo principe Alberto
duce Austrie. qui videlicet pater Anthonius scri-
psit et collegit lectionarium in principio sicut dixi
reformationis sicut protunc sciuit et potuit / ad
meliorem tamen ex post in futurum expectanciam
et ad regularem obseruanciam congruentem. Igitur postea
anno domini 1441. ex dispositione et iussione domp-
ni abbatis Stephani de Spanbergk. qui fuit post
istam sacrosanctam reformationem ac regularis
vite obseruancia abbas quartus / et magister in arti-
bus / et super hoc baccalarius in sacra theologia.
scripti sunt per quendam fratrem professum huius
monasterii Mellicensis duo noui lectionarii
ad chorum pro diuini officii persolutione pertinen-
tes. quorum vnus semper perseuerat ad medium
annum / videlicet a prima dominica aduentus domini
usque ad diem festum pasce. de tempore et de sanctis
simul. alter vero secundus / a die pasce usque ad
aduentum domini / etiam de tempore et de sanctis si-
mul. diligenter secundum festa et dies ordinate
scripti. modo idem frater et scriptor istorum duorum le-
ctionariorum nouorum / multa scripsit ex predicto

Hic dominus abbas obiit in die 6. marie magdalene / tempore meo / anno 1442. sub missa publica per se qui pro eo fuit collecta imposita in eadem missa sacra ∴ pro agonizante